



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Q. Septimii Florentis Tertvlliani Carthaginiensis
Presbyteri, Opera Qvæ Hactenvs Reperiri Potvervnt
Omnia**

Tertullianus, Quintus Septimius Florens

Coloniæ Agrippinæ, Anno M. DC. XVII.

Ad Vxorem liber secundus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71872](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71872)

Non abnuens coniunctionem viri & femine benedictam & permissam a Domino, sed (sua quidem sententia, verum erronea) vnam tantum.

Et quantumvis nuptias prohiberi nusquam legamus (quod inter cetera peruersitatum suarum volebat Marcion) tamen abstinentioni preferi ab Apostolo, & felicem illum, qui Pauli simili exstiterit.

Disiunctio enim matrimonio duas quidem species humane imbecillitatis necessarias nuptias facere, concupiscentiam carnis, & concupiscentiam seculi; sed vtramque repudiandam a feruis Dei; exemplo eorum qua malunt Deo nubere, & in viduitate apud Deum subsignata perseverare.

Deinde penes Christianos etiam adiosas esse causas nuptiarum de sollicitudine posteritatis, & liberorum amarissimam voluptate, quos quam habemus, praeferre optamus ad Dominum.

Qua si difficile videtur, recenseri tot voluntarios spadones, qui statim a laicaco carnem suam obsequant, qui consensu pariter se matrimonij debitum tollunt, Gentiles etiam Satana

suo & virginitatis & viduitatis sacerdotia perferre.

Nobis autem continentiam a Domino demonstratam, cuius voluntate defungitur matrimonium; maxime quum disciplina Ecclesie & prescriptum Apostoli digamos non sinat presidere, & viduam adlegi in Ordinationem, nisi vniueram, non concedat.

Viduorum denique honoribus, quibus Deus benedicit, moueatur: nam licet in virginibus tota sit sanctitas, de proximo visura faciem Dei, viduam habere aliquid operosius; in illi gratiam, in istis virtutem coronari.

Ceterum praterquam quod multa huius libri ad verbum fere descripserit, non minus continentiam fauens, B. Hieronymus locis infra citatis, Tertulliano iam olim adscripserunt, & MS. viderunt Trithemius & Politianus vbi supra. Editus est etiam inter primos ex Paterniacensi ac Hirungensi deinde ex Gorziensi codicibus a Rhenano, primum scholys, postea & Adnotationibus illustratus. Nunc vero a nobis denno castigatus ex tribus m. Vaticanis, & aliquot Adnotationibus auctor.

E VII.

VIII.

F

i. Cor. 7.

G

vbi supra.

H

Philip. 3. i. Cor. 7. Ibidem. vbi supra.

Cap. IV. March. 26.

TULL
ERA

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI AD VXOREM LIBER PRIMVS, DE VNIS NVPTIIS.

IENVM duxi, dilectissima mihi in Domino conferua, quid tibi se etandū sit post discessum de seculo meum, si prior te fuero vocatus, iam hinc protidere, vt prouisum obferues mandare fidei tue. Nam secularibus fatigantes sumus, & vtrique nostrum consultum volumus. Si talibus ordinamus, cur non magis de diuinis atq; celestibus posteritati nostre proficere debeamus, & 4 legatos quodammodo praelegare, ad monitionem & demonstrationem eorum, quae ex bonis immortalibus, & de hereditate calorū deputantur? Tu modo si vltimum capere possis hoc meae admonitionis & fidei commissum, Deus faciat, 7 cui sit honor, gloria, claritas, dignitas, potestas nunc & in secula seculorum, Amen. Praecipio igitur tibi, quanta continentia potes, 8 post excessum nostrū 9 renuncies nuptiis, nihil mihi isto nomine collatura, nisi quod ubi procedis. Ceterum Christianis seculo digressis nulla relictio nuptiarū in die resurrectionis reponitur, 10 translatis scilicet in angelicam qualitate & sanctitatem. Proinde sollicitudo nulla qua de carnis zelo. Vel Domini sententia, illa, qua septē fratribus per successionem nuptiis voluerūt, nemine tot martorū resurrectionis die offendet, ne quisquā illi consilium expectat. Quasi Sadeceorum cessit sententia Domini. Neme putes propter carnis tuae integritate mihi reseruanda, de contumelia dolore suspectū insumatū hinc ubi consilium viduitatis nihil tunc inter nos dedecoris voluptuosū refumetur. Nec enim tam strigula, tam spurca Deus suis pollicetur. Sed an tibi cuiusque alii femina Deū petenti proficiat quod suademus, licet retractare. [12

Non quidem abnuimus coniunctionem viri ac femine benedictam a Domino, vt seicentis generi humano, & crepledo orbis & instruendo seculo, excogitaram, atq; exinde permissam, vnam tamen. Nam & Adam vnus fuit maritus, & Eva vna vxor illius, vna mulier, vna cocta. Sane apud veteres nostros, ipsosq; Patriarchas, non modo nubere, sed etiam plurifariam matrimonij vti fas fuit. 14 Erant & concubinae. Sed licet figura tam in Synagogam & Ecclesiam esse, vt tamen simpliciter interpretemur, necessarium fuit instituire, huius postea aut amputari, aut temperari mererentur. Superuentura enim lex erat. Oportebat legis adimplenda causas praecursum. Eidem mox legi succurrere habebat Dei sermo, circumcicionem inducens spiritalē. Igitur per licentiam tunc passiam, materia sublequentium emendationum praemissitabantur, quas Dominus Euangelio suo de hinc Apostolus in extremitatibus seculi aut excidit redundantes, aut composuit inconditas. [15

Sed non ideo praemisere de libertate veritatis, & posteritatis castigatione, vt praestram Christum separandis matrimoniis & delendis coniunctionibus aduenisse, quasi iam hinc finem nubendi praescriptam viderint, 16 qui inter cetera peruersitatum suarum disungere docet, carnem de duobus vnam negantes eum qui feminam de ma seculo mutatus, duo corpora ex eiusdem materiae confortio iampra, rursus in se matrimonij compactione comegit. Deniq; prohiberi nuptias nusquam omnino legimus, vt bonum licitet. Quid tamen bono isto melius sit, accipimus ab Apostolo, permittete quidem nubere, sed abstinentiam praefertente: illud propter invidias tērationum, hoc propter angustias temporum. Quia ratione vtriusque pronuntiationis inspecta, facile diuoscitur necessitate nobis concessam esse nubendi potestatem, quod autem necessitas praestat, depreciat ipsa. Quod denique scriptum est, Melius est nubere quam viri: quale hoc bonum est, oro te, quod mali comparatio commendat: vt ideo melius sit nubere, quia deterius est viri. At enim quanto melius est neq; nubere, neque viri? 17 Sed etiam in persecutionibus melius est expersissu fugere de oppido in oppidū, quā compressum & distortum negare, at quae illa beatus est, ideo, he qui neget, beati testimonij confessione exidere? Possunt dicere, quod permittitur, non est bonū. Quid enim necesse est mori mihi si ploro, bonū est: si timeo. Quod permittitur, suspectam habet permissionis fug causam: quod autem melius est, nemo permittit, vt indubitatum & sua sinceritate manifestum. Non propterea appetenda sunt quaedā, quia non verentur: cui quodam de verentur, cum alia illis praefertur. Praelatio enim superioris diffusio est inferiorum. Non ideo quid bonum est, quia malum non est: ideo malum non est, quia non obest. Porro plane bonum hoc antecedit, quod nō modo non obest, sed insuper prodest. Itaq; malle debes quod prodest, quā quod non obest. Ad primum enim locum certamen omne contendit: secundus solatium habet, victoriam non habet. Quod si Apostolo auscultamus, obliu posteroiū, excedamur in priora, & 19 meliorum donationum se cētores sumus. Si nobis laqueū non imponit, quid vtilitatis sit ostendit, dicens: in nuptia de dominico cogitat, vii corpore & spiritu sancta sit. Nuptia vero sollicita est quemodo coniungi suo placeat. Ceterum nuptiam ita nuptias permittit, vt non potius ad suum exemplum nos entim malit. 20 Felicem illum, qui Pauli similis extiterit. [21 Sed carnē legimus infirma, & hinc nobis adularum impetius. 22 Legimus tamen & spiritum firmū. Nam in vno sensu vtrumque positū est. Caroterna materia est, spiritus vero caelestis. Cur ergo ad

Tertulliani Opera.



solida & tota sanctitas de proximo visura sit faciem Dei. Tamen vidua habet aliquid operosius: quia facile est non appetere quod nescias, & auerfari quod desideris nescis. Gloriosior continentia; quae ius suum sentit: quae quid videlicet, nouit. S3 Poterit virgo feliciter haberi, ac vidua laboriosior. Illa quod bonum semper habuit, ista quod bonum sibi inuenit. In illa gratia, in ista virtute coronatur. Quaedam enim sunt diuinae liberalitates, quaedam nostrae operationis. Quae a Domino indulgentur, sua gratia gubernantur: quae ab homine captantur, studio perpetrantur. Stude igitur ad virtutem continentiae, modestiae, quae pudori procurantur: sedulitati, quae nugas non facit: frugalitati, quae seculum spernit. S3 Coniunctum atque commercia Deo digna scitare, memor illius veritatis, sanctificati per Apostolum:

66 Bonos corrumpunt mores congressus mali. Loquaces, otiosae, vinosae, curiosae contubernales, vel maxime proposito viduatis inimica: per 57 otium se veritate deducunt: per vinolentiam quidvis mali insinuant: per curiositatis emulationem libidines conuehant. Nulla huiusmodi fecerunt de bono Vniuersus loqui nouit: Deus enim illis (vt ait Apostolus) venter effusa: & quae ventri propinqua. Haec tibi iam hinc commendo, conferta charissima, post Apostolum quidem ex abundanti retractata, sed tibi etiam solatio futura, quod meam memoriam, si ita euenierit, in illis frequenter habebis.

ANNOTATIONES IACOBI PAMELII IN LIBRVM PRIMVM AD VXOREM.

1. AD VXOREM.] Locus hic requirebat tractatum de coniugio Sacerdotum, eo quod Tertullianus, quum Presbyter esset, ad vxorem hunc sequentem librum scripsisset: verum distorre maluit ad lib. de Exhort. ad castitatem, Tom. 5, eo quod non hunc, sed illum librum pro se (quamquam perperam) allegent Magdemburgenses. Hoc hic iussit adserere, quod est multi coniugati in ordinem Presbyterorum adlegentur, nunquam tamen, ne apud Graecos quidem, iam Presbytero permixtum fuisse vxorem ducere: immo id est verbum interdictionis Canonis Apostoli. 27. Eodem pertinet quae supra lib. de Cunctis seminarum ca. 9. num. 51. de continentia Clericorum adnotauimus.

CAP. I.

1. Dignum duxi, dilectissima mihi in Domino conferta, &c.] Caput hoc primum non aliud est quam libri totius Argumentum, quippe quo suadet, vt post excessum suum renuntiet nuptiis: atque ad idem rite etiam inscribitur liber hic, De Monogamia ad vxorem. Aliquantum autem agit hic modestus quam in posterioribus libris de Castitate & Monogamia, Tom. 5, verum tamen omnino ad epistolam referri non potest. Et fortassis si coniectura aliqua sit locus, hic liber in causis fuit, non sensu. B. Hieronymus similis scripturae quodam, cuius Roma Tertulliano ad sedendam fuit, quod errorem hunc mordicus velle defendere. Verum de eo locus tam distans libro duobus, tum in Prolegomenis inter errores Tertulliani, Atque in Trithemius & Paternianensis ac Hieronymi codices hoc huius libri initium collocantur: Dilectissima in Domino conferta, &c. Verum ex Gortyni codice suppleui quod deest: Dignum duxi.

2. Nam secularibus latifragens sumus,] Hoc est (vti adnotat Rhen.) in secularibus negotiis anxius & curiosus sumus. Satisfacientes, pro: latifragens: quo verbo ac capere, & satis praestare, & satis dare. Simili phrasim mox dixit: Si talibus ordinamus, id est (inquit idem) de tam leuibus & friuolis rebus ordinamus.

3. & legatum quodammodo praelegare.] Praelegare (inquit idem) pro prius legare dum videlicet adhuc sumus in vita. Inrecon-sultum verbis vitium, agens de hereditate, quae morte relinquatur. Quae rite etiam adnotauit Appositio legi debere: adnotationem; nam sequitur: Hoc meae adnotationis fideicommissum.

4. vt solidum capere possis.] Alludit (inquit Rhen.) ad hereditatis divisionem in partes duas. Siquidem cui ex asse concegebatur hereditas, in solidam capiebat hereditatem, hoc est, totam & integram, nec vlla sui parte dimittit. At inter hereditas & capere, teres quidam etiam accipere, hoc est, decima parte, nonnulli deinceps, hoc est, vndecima parte hereditate, cogebantur esse contenti. Similiter dixit Tom. 5. lib. de Monogamia sub finem: ex testamento Dei solidum non posse capere.

Tertulliani opera.

6. Fideicommissum.] Fideicommissum, inquit idem, Inrecon-sultis vocant, vltimo voluntatis executionem, quae per verba de re-petitoria amico iniungatur, qualia sunt, Petro cupio, rogo, & similia. A fide heredes cui committitur, nomen habet. Vnde fideicommissarij dicitur. Hereditas fideicommissaria etiam fidei iurata appellatur Vlpiano. De discrimine fideicommissorum & legatorum, prolixae apud Iureconsultos disputantur. Libros certe tres videre est in Digestis seu Pandectis Iustiniani 30. 51. & 32. Titulo de legatis & fideicommissis, ad quos in Paratitulis adnotauit Cuiacius hanc vtriusque differ-entiam: Quod Legatum donatio sit testamento heredi mandata, fideicommissum vero liberalitas, quae verbis precariis, vel alio quo-cumq; iudicio voluntatis precaria, in aliquo ceteratur, etiam ex intestato.

7. cui sit honor, gloria, &c.] Rursum hic more suo ex duobus locis Apocalypsis 5. & 7. istud desumpsit. Nam priori loco legitur: honor, gloria, potestas, & posteriori: claritas & virtus, pro quorum pos-tremo hic legitur dignitas, nam & magistratum vox Graeca diuinae significat. Adit etiam aliunde: nunc, fortassis ex Epistola Iuda, qui subdit: nunc, & in secula seculorum. Amen.

8. post excessum nostrum.] Excessum recte Rhenanus mortem interpretatur. Sic enim & infra cap. 6. post viti excessum & lib. adu. Valentini. Tom. sequi vbi post excessum omnino non nubitur. Quo loco adnotauit, etiam Suetonium se loqui solitum. Adde & B. Cyprianum epist. 4. ac 31. & lib. ad Demetr.

9. renuntias nuptiis.] Adferimus Pedianus (inquit Rhenanus) de-cti renuntiationem esse recalcitrationem eius rei, quae in placito & pro-missum renouatur. Sic dixit Hufstutius renuntiare Cicero. Hinc illud nuptium: Renuntiamus Alabolo & pompae eius. Et illud ipsius Aucto-riam infra cap. 5. lib. de Coron. milit. contemnamur non renuntiare dia-bolo & pompae & angelis eius. de quo interim latius infra Tom. sequi lib. de Baptismo, sic & infra cap. 4. quia & luxurie & ambitio-ni renuntiamus.

10. translatis (sicut in angelicam qualiter, &c.) Ita (in-quit Rhen.) & lib. de Habitu mulieris: Nam & vobis eadem tunc substantia angelica repromissa Respicit locum qui est Matthi. 22. cap. integer locus sic habet: In resurrectione autem neque nubent neque nubentur: pro quo dixit: nulla restitutio nuptiarum in diem resurrectionis reponitur, sed erunt sicut Angeli Dei; quo pertinet quod praemissum est. Occasionem autem questionis Sad-ducorum proponit, quum dicit: illa quam septem fratribus per successionem nupsisse voluerant, tamquam de fide eorum dubitans.

11. illam confuturus.] De simili phrasim habet Adnot. nostras in B. Cypriani. Epist. 63. nu. 47. vbi tractatur illud Marci 8. Qui me contulit fuerit, confundetur eum, &c. Porro de errore Tertulliani, quo Digamiam vocat hic confutionem, & mox cap. 4. contumeli-iam, item dedecus voluptuosum, & tam spurca in Prolegomenis nostri inter eius errores. Eodem pertinet quod infra cap. 5. dicit: Nubebant & emebant, insignioria ipsa carnis & seculi vitia, itemi quae olim detestabilia sunt apud Dominum.

CAP. II.

12. Non quidem abtenuis, &c.] Secundo huius capitis inscrip-tionem damus: Quod secundas nuptias videatur seipsum non adprobare: in quo interim ad maxime Montanizati, Monogamia (vel Rhenanus etiam esse) patrum agens, dum scribit conuicti-ocum vin & carnis a Deo permissam, vna tamen, adferre ar-gumentum ex Genesi, quod Adam vnus Eua maritus, & Eua vna il-lus vxor, vna mulier, vna coebs: de cuius vero & sano intellectu latius libro supracitato, aut in Prolegomenis.

13. sed etiam plurimarum matrimonij vias fuit.] De hoc ita B. August. 1. de Bon. coniugali cap. 15. Antiquis iustis non fuit pec-catum, quod pluribus feminis vtebantur: nec contra naturam hoc faciebant, quum non lasciuendi causa, sed gignendi hoc facerent: nec contra morem, quia eo tempore ea fiebant, nec contra praecipitum, quia nulla lege erat prohibita. Intelligit autem Abraham & Iacob Patriarchas.

14. Erant & concubinae.] Quod proprie concubinae non fuerint, sed secundariae vxores, Abrahama Agar & Iacob Balae & Zelpha, B. B. Chrysostromus & Augustinus disertis comprobant, vel ex illo Genesi. 16. Et dedit eam viro suo vxorem. & Gen. 30. Deditque illi Balam in coniugium. De concubinis Salomonis Regis alia ratio: nam in peccatum illi eius imputat B. August. 1. 5. Locutionum in illud Deu-teron. 17. Non habebit Rex vxores plurimas, quae alliciant ani-mam eius: faciens vni in voce: plurimas, nam plures etiam David vxores habuerat. Atque postquam licentiam, omnibus usurpatam, intelligit more suo, de quo latius infra Tom. sequi. sub finem lib. de Carne Christi.

CAP. III.

15. Sed non ideo praemiserim de libertate veritatis, &c.] Titulum huius capitis scripsimus: Quod est bonum sit matrimo-nium, continentia tamen malus sit bonum. Tractat autem id argumentum multo latius ex eodem Apostoli scriptura infra T. 5. l. de Exhort. ad castit. quo Leodorem remittimus.

16. quumter cetera penetratum suum, &c.] Haec adhibet Marcionem uita (viti etiam adnotauit Rhenanus.) Apud illum e-nim, vt scribit l. ad eundem; Non tingitur caro, nisi virgo, huius vitula, nisi caelebs, nisi diuortio baptisma metata. Vbi de nuptijs nuquam prohibita latius.

17. Sed etiam in persecutionibus, &c.] Facit hoc ad initium

R 3 erroris

JULL
ERA

A

erroris Tertulliani, de quo scripsit librum De fuga in persecutione; sed paulo mitius hic loquitur quoniam lib. de Coron. milit. unde mihi fit verisimile, hunc & sequentem librum illo prius conscripsit, maxime quoniam nulla in istis mentione Paracleti. Non male autem Rhenan. in-terpretatur comprehensum in tormento, & distortum in equulo. Quod etiam verbi illud: Quid enim necesse est mori mihi se distinguat, ut quis situe legatur. Nam obiectio est fugientis in persecutione: quasi dicat. Chriftus neminem ad hoc cogit ut moriatur, qui dixit: Fugite de civitate in civitatem. Quam admodum & illud: Si ploro, bonum est, si timeo, sic interpretatur: Si in instante persecutione deploro propriam imbecillitatem, quod corpus videlicet non sufficiat tormento sustinentis, bonum est. Si timeo, subaudi tormento, ne scilicet propellat ad negationem, bonum est. Nam ut ante dixi, priores clausulas plerumque repetere oportet.

18. distillatio est infirmorum.] Ita lego ex 1. cod. ms. Vatic. pro eo quod Rhenan. infirmorum; ac si infirma vocet minus bona atque imperfecta. Item ex 2. Vatic. Porro plane bonum, pro: plene, quod illud Auctori in eodem etiam significatu magis sit usitatum.

19. & meliorum donationum factores sumus.] Contra quam solent veteri Latine donationes, quod nosse interpret.] Corin. 12. retenta voce Græcæ, charismata.

20. Felicitatem illam, qui similes Pauli existerit.] Locus contra illum, qui Paulum Apostolum coniugatum fuisse ad artem non veretur, sed quia apertius istud 1. Cor. 7. exponit infra lib. de Exhort. ad cast. eodem Lectorem remittimus, idque eo magis, ut constet de vera Auctoris sententia, quod ad coniugium Sacerdotum adinet, & maxime ad 1. de Monogamia, ubi diversis verbis prater Petrum ceteros, inquit, Apostolos aut spadores intelligi necesse esse aut cōtinetes.

CAP. IV.

B

21. Sed carnem legimus infirmam, &c.] In scriptura huic capiti dantes: Quod neque carnis, neque seculi necessitas ad nuptias cogat.

22. Legimus tamen & spiritum firmum.] Firmum vertit Matthe. 6. pro eo, quod promptum nosse interpret. Græcæ ἀσθενος, ad cuius significationem iste magis accedit.

23. atatis officia defendit.] Sic inquit Rhenan. etiam alibi saepe loquitur, nonnumquam cum Dantes. Pr. in lib. de Rejurr. carn. Corruptionem inquit perpetuam veteri defendat.

24. Sororum nostrarum.] Hoc est inquit idem Christianarum. Similiter lib. de Anima, T. sequi. Soror quædam revelationum charismata sortita.

25. malant enim Deo nubere.] Petri hoc & de Viduis, & de Virginitate intelligi, quem admodum latius infra lib. de Velandis virg. num. 1.

26. volatica desideria.] Similiter alibi dixit Auctor: propter vnius anni vaticanicum gaudium. Compensans autem inquit Rhenan.) veluti pensatio: e facta æternorum bonorum cum mundanis iustis & transitoris. Quæ etiam adnotat illud: videlicet, ironicum esse, nempe pro: Scilicet, item toleranda: vitæ accipi, pro: insulsiuæ, seu potius sustentanda.

C

27. qui prohibet de crastino vitæque curare.] Paucis expressit illud Matthe. 6. Nolite solliciti esse, dicentes: Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? nam omnia illa vi-ctus nomine intelligit, tum hic, tum supra lib. de Idolol. c. 12. ubi pro: curare, transulit: cogitare.

28. non Gallicos vultus.] Propter caudorem inquit Rhen.) praesertim si cum Græcis, Syris, Hispanis, aut etiam Indis hodie comparantur. D. Hieron. ad Eustachium: Nec candidulus & rubicundus afflicti adherere lateri suo. Et ad Demetriadem: Eunuchorum quoque tibi inquit, & puellarum & servulorum mores magis elegantur quam vultuum elegantiam. Idem ex Laetantio docet: Gallis nomen obtinuisse Galatas à candore corporis, ad quod adulerit M. ro, cum caneret: -Tum lactea colla

Auro inneduntur. Potuisti enim aliqui dicere, candida. Sed & Amm. Marcellinus: Celsiorum, inquit, staturæ & candidi pene Galli sunt omnes, & rutili, luminis quoque toruente terribile, auidi virgorum, & sublatius insolentes. Intelligit itaque Gallos affectus seu famulo. Prima editio in margine habebat: mulos, pro: vultus, quod magis placet, eo quod lib. sequi. c. 8. nu. 77. legatur: & mulabus & cineratis peregrinæ proceditatis, quem similes huic locum esse Rhen. adnotavit. Nihil tamen in contextu immutari, eo quod 3. ms. Vatic. vultus legant.

29. nec Germanicos baiulos.] Hoc est inquit idem lelicarios seruos, qui in læticia aut sella gestent. Ad hanc operam ob statuta provinciarum, Germanis utebantur, olim etiam Syris: unde Iuvenalis, Nec quæ longorum vehitæ cœcæ Syrtorum.

Atque antiquitate periti læticiam istiusmodi gestatorem non ab- similem sanæpitiæ fuisse, quam moris hodie essentur, sed aduclit- lem vultu, si ita res postulat, adfuit etiam inferne sustentaculis, qua nunc suspensi, nunc dimitti possent, sequendo baiulos inter- qualesere necessitas coegit, denos plerumque vel daudenos, quibus etiam recentes succedebant varis. Nam non per urbem modo, verum etiam per agros magna statera huiusmodi gestatone confi- ciebatur. Seneca epist. 80. Idem quoque de istis licet omnibus di- cas, quæ supra capita hominum, supra quamque turbam delicatas læticia suspensit. Idem alibi: Non faciet, inquit, te beatum turba seruorum læticiam tuam per itinera urbana aut peregrina portan- zium. Et rursum alio loco: Quoties occurrit domus splendida, cohort

D

culis seruorum, læticia formosissimè imposta caloniibus. Porro Romanus Pontifex vltim læticia ex auctoritate restituit, ut alia multa, iansen- tibus & concidentibus hoc Imperatoribus. Flavio Constantino Ma- gno, & ceteris qui huic insensit sunt. Nam de vltimis, siue sella cu- ruli, clarum testimonium habemus ex Ammiano Marcellino. Denique Roma baiulos agunt badique Germani, Pontifici corpus gestantes ex cohorte illa stipatorum Palatina, quam à multis iam annis Ro- mani Pontifices alant.

CAP. V.

30. Adiciunt quidem sibi homines caussas, &c.] In scriptura hoc caput: Quod nec liberorum procreatio necessitas sit. Quam- quam autem paulo post male legere Rhen. ociosum est, nec otiosum resinuimus cum ms. & excusis codicibus. Pro eo autem quod est: illo seculo eximi, legimus ms. 3. Vat. cod. excusit. Sed pro priori lectioe facti illud supra lib. de Spectac. cap. 28. exire de seculo. Ibi denique, Nimirum necessitas, rursum ironiam esse adnotavit Rhenanus.

31. quæ legibus locantur.] Viri hic inquit Rhenan.) Meta- phorè locantur aliquid, ut fiat, veluti si facit, quod domum construen- dam alicui locat, qui condere dicitur, & redimere, Quam admo- dum vero locatos conductores respicit passim intercedem excoluit, sic & lege patrius ob filios procreatos præmium conferunt. q. d. Nisi mutaret homines propostum præmium, nemo liberis videret. Quod magis placet, quam quod Adnot. suis in lib. de Exort. cap. 1. con- siderandum: cogatur, eo quod illic similitur dicit: ad quos hincpuden- dos legibus compelluntur homines: Inter quas prater eas, de quibus supra Apolog. c. 4. num. 52.) erat illa xij. Tabularum; Cen- sures, calities esse prohibent. Item illa Platonel. 6. de Leg. qua eos qui an- nus xxxv. peractis, coniuges pro habent, nec habere vident, pecunias & honoribus multauit. Vide autem etiam de panis calibus infra Tom. 5. sub finem lib. de Monogamia.

32. in illa die expeditionis.] Dies expeditionis, uti ad mari- nem adnotavit Rhenanus, dicit vltimi iudicii. Siue autem paulo post legas: poltentatis gratia nubet, cum excusis, siue nubet, cum ad. 3. Vatic. perinde est.

33. sed quom dicit, Nubebant & emebant.] Etiam hic memo- ria lapsus videtur Auctor, dum Sodoma & Gomorra adferit, quod Christianis narrata de diebus Noe, Matthe. 24. quamquam etiam ibi non dicitur quæ quom de die, qui nubebant. Rhenan. lib. de Monog. T. 5. infra sub finem, omnia expiitione: Nubant inquit, huiusmodi in finem vique, vt in ista confusione carnis, sicut Sodoma & Go- mortha & diluuii die, ab illo vltimo exitu seculi deprehendantur.

34. Etenim illa tunc cœcitas: &c.] Illa inquit Rhenan.) cœ- citas, videlicet non curantium Deum, sed nubentium & emebant, accidit ante tot secula, mundo adhuc propemodum recenti, in casu finem nos incidimus, hoc vult dicere. Perinet etiam hoc ad errores Tertulliani.

CAP. VI.

35. Quod si habentes, oblitescere debent, quod habent &c.] Huius capiti ritulum fecimus: Quod imitari debeant & Christi- anam & Gentilium foeminarum continentiam.

36. memoria charissimum maritum patant.] Patant inquit Rhenan.) hoc est, seruant. Translatione sumpta ad homi- bus frugi, qui rebus suis parce vtuntur, malentes quod habent serua- re quam inuisiter prodigere. Ipe cum Accusatioe confratit, ut sit patant pro: compascant, nisi non, patant.

37. Quot enim sunt, qui statim alia caro carnem suam obli- gant.] Signis alius, certe hic locus, antiquissimum vortem conti- nentia significat, de quo latius supra lib. de Cultu foeminarum. c. 6. nu. 51. & infra lib. de veland. virg. nu. 1. Simile est illud lib. de Pa- tencia supra cap. 13. Spadonem voluntarium ad regna celi leuat.

38. Quot item qui consensu pari inter se matrimonium debitum tollunt.] Simile est illud infra lib. de Veland. virg. ca. 10.

39. Sicut qui ex consensu contumeliam communem iam re- culerunt. Ipsi autem pertinet ad continentiam coniugum quam pari inter se consensu in primitiua Ecclesia conentes, ita debitum matrimonii sibi mutuo remittunt, & quodammodo tollunt. At- que id imprimis usitatum fuit in eis, qui ad sacros adlegabantur et- dines, iam antea coniugati, atque adeo & de Tertulliano vi idipsum credam, facit quod ad vxorem haud dubie à se abintem, hoc duos libros scripserit: maxime quom constet, in Ecclesia Latina id iam ab atate Apostolorum etiam ex præcepto obseruatum fuisse. Quo præ- terea imprimis illud Decretum Clement. Romani Papa 1. Quod si post ordinationem missi pro altaris contingat propriam inuicem cu- bile vxoris, faceris non iniret limina, & qua in illud commemoratum est Francisus Turrianus l. 1. pro Epist. Pontific. c. 13. nominatum ex B. Sixto Papa 3. lib. de Castit. De quo vide plura supra lib. de Cultu foeminar. c. 9. n. 51. vbi etiam de Spadonibus voluntariis.

40. saluo matrimonio.] Facit hoc pro altera Ecclesia sententia, qua etiam matrimonium saluum agnoscit in B. Virgine & Ioseph, etiam si in abstinentia seu continentia perpetua vixerint, atque adeo etiam in reliquis consensu pari continentibus. Ibi autem: Durum plane & arduum, Ironiam iterum adnotavit Rhenanus, qui quam- quam malis legere: continentia sanctæ foemina, mihi id non placet, facit enim magis ad infinitum illud: continentia sancta, foemina postvini excedit Deu caula.

Alq.

Alii verba hoc expressit sub nomine libri de Monogamia mox citati: Sunt & que de tota continentia iudicant nos virginis Vestae, & Iunonis Achaiae, & Apollinis. Pythii. Item H. de Exhort. ad castit. Noueram virginis Vestae apud Achaiae gneum, & atrocis apud Delphos. Atque de Vestalibus vide supra Apolog. cap. 26. num. 42.

41. Achez Iunoni apud Aegium oppidum virgo (obitur). An tra erit. Accet (inquit Rhenan.) nos scripsimus: Achez. Nam Aegium oppidum est Achaiae, ubi celebratur Iuno. Autem Plinius & alij, Huius Iunonis ex hoc loco facit mentionem Hieronymus in Epist. ad Gerontium apud quem legitur in perusulatis editionibus, Iunonif que Achez. Cyraldu huius. Deorum synag. 2. legit. & probat lectio nem Achez. Iunoni. Veram placet magis Rhenani lectio, quod non solum exest, sed & m. cod. legitur. li. de Exhort. ad castit. Iunonis Achaiae, licet etiam apud B. Hieronymum rein eundem patet Achi ze pro eo quod Erasmi legendum censet. Argiuz. Item quidem ab il lo reperitur adu. Iovin. lib. 1. sed dumtaxat Iunonis virginis vo cat.

42. & que Delphis insaniunt. Antistes huc vocat lib. de Monog. Apollinis Pythii. ubi de is latine.

43. Ceterum viduas Africanas Cereri, & Similiter lib. de Exhort. castit. paulo clarius: Formas vero Cereris Africanas, cui etiam sponte abdicato matrimonio, adhaerent, exinde adempto concubitu masculorum, vique ad oscula filiorum. & paucioribus lib. de Monog. Cereris sacerdotes videntibus etiam viris & conscientibus, amica separatione viduantur. Ex quo loco constat etiam huc legendum: eis vique videntibus, proidentibus. Atque quum & hoc & loca duobus modo citatis nominatim legantur codices omnes: Cereris, et non placet coniectura eruditissimi D. P. I. huius (de qua supra Apolog. cap. 24. num. 38.) qua legendum censet: coelesti; tamen in hoc et assentior, ut Deam coelestem legitimum eandem, que hic Africanas Cereris nuncupatur. Sine autem legamus paulo scripturam sancte solata cum excus. sine. sancta cum 3. m. Vatic. cod. perinde est.

C A P. VII.

44. Nobis continentia ad frumentum eternitatis demonstra ta est. &c. In scriptura hinc capiti datus: Quod etiam Scri ptura videtur exhortari secundas nuptias. Stramentum autem (inquit Rhenan.) pro infirmitate, etiam alibi usurpatum, ut frustra prostratus, & stratus adhibetur, pro infirmitate. 45. Nam etiam nona delinquas reuocando, &c. Hinc patet non da omnino Montanistam fuisse Tertullianum, quoniam hoc scriberet, sed amore continentiae vehementer scripsisse: quem admodum etiam B. Hieron. Epist. mox citata ad Gerontium de Monogamia. Quamuis enim adalcat ad verba Apostoli, tamen aduerbium dicta verba pro nuntiant, addendo de Apostolo: carnis tamen prestantur subsequi dicit. Omnino tamen illud ad errorem excusari non potest quod subdit: Quantum fidei detrahit, quantum obstruunt sanctitati nuptiae secunda, &c. ad qua, aliaque eius temodi respondeamus infra aut li bris supracitatis, aut inter Prolegomena.

46. quum digamos non sint praedider. Praediderant (inquit Rhenan.) Presbyteri & Episcopi: unde Praediderant dicitur. Tertull. lib. de Coron. multa loquens de Eucharistia: Nec de aliorum, inquit, ma num quam Praediderant sumimus. Adhaerent autem ad locum qui est ad Titum cap. 1. Vitis vxoris viri vide similem locum Apolog. cap. 34. Praediderant quique probati leuiores, ubi de au. Toritate Episcopi coporatum latius no. 503. Atque de hoc scriptura loco latius infra dictis libris de Cast. & Monogamia.

47. quum viduam adlegi in Ordinationem, &c. Quod hic Ordinationem vocat (inquit Rhenan.) in li. de Veland. virg. vocat sed dem. Ad quam, inquit, sedem praeter annos sexaginta non tantum vnitur, ad est, nuptia aliquando eliguntur. Responsum autem locum, qui exstat ad Titum, prius episc. ca. 7. Quod autem hic Ordinationem, ubi viduam vocat, & sedem viduatum. Verum de hoc etiam, vide supra, lib. de Castit. erit dicendum locum ad illud sub finem: Quanto igitur & que in Ecclesiis ordinari solent.

48. Regem seculi Pontificem Maximum, &c. Idem reperit ad do li. de Exhort. ad cast. ubi hac de re tractatur, & aliquid etiam dicitur Tomo sequ. li. de Praescrip. adu. haer. c. 40. n. 241.

49. ut alicuius boni adfuit. Ita supra li. de Patientia: Num quid impatientes pacis adfuit, & T. I. q. 1. adu. Hermog. boni & malia finem.

C A P. VIII.

50. Nam de viduitate honoribus, &c. Postremo huic capiti titulum imposuimus: De viduitatis honoribus.

51. Iuste facit viduae & pupillo. Verique adscribit quod i. i. i. scilicet loco ponitur dicat. nam apud illum sic legitur: Iudicare pupillo, & iustificate viduam Legimus autem mox ex 3. Vat. cod. qui viduae beneficent, pro beneficent.

52. cuius adfuit Dominus. Adfuit, inquit Rhenan. vindex est, qui alijum vindicat in libertatem. Hic pro patrono, qui homi nem venditum suscepit. Ita li. in Mare. talis adfuit: etiam damna retur in seculo, necum plagiat.

53. Poteri virgo felicior haberi, ad vidua laboriosior, &c. His & praecedentibus ac sequentibus verbis indicat, quo sensu infra dicto lib. de Veland. virg. cap. 10. Non enim & continentia vir

ginitati antistat, &c. ubi de hoc latius num. 83. Similis etiam locus est supra lib. de Patient. cap. 13. num. 81. & B. Hieronymi compla res.

54. virtus coronatur. Pertinet hoc ad coronam seu primum vitutum, de qua supra li. de Patient. t. n. n. 73. & 75. & lib. ad Marryran c. 3. m. 43.

55. Conuictum atque commercia, &c. Similiter (ubi etiam ad nosat Rhenan.) B. Hieronym. ad Eustochium. Eas autem (inquit) virgines & viduas, qua ocio & curiose domos circumuehant macro nam, qua rubore frontis adfuit, parajiet vinctum minorum, qua si qua dam pestes auerit. Ceterum puer bonos mores con fabulatio nes pessime. Na illa nisi contris cura est, & que vortri sunt proxima. Ipsi suadi hortari solent, & dicere: Mi carulla, rebus tuis cre re, & sine dum vitas, & nunquid filius tuus, seruas: Vmola atque la sine quidam mali insinuant, ac ferreas quoque mentes ad delicias molliant.

56. Bonos corrumpunt mores. Hunc Menandri versum san ctificatum (ubi loquitur Auctor) per Apost. 1. Cor. 15. sic citat in Tra ctat. de Simpl. Praes. seu de Vnitare Ecclesie B. Cyr. marit: Cor rumptum ingenia bona confabulationes pessime. Et in sequi lib. rursum Tertull. Bonos corrumpunt mores confabulationes male.

57. per orium se veritate deducunt. Sic iterum legitur ex 3. m. Vatic. ac si dicat, se ad veritate deducunt, pro eo quod sub finem ex collatione Gorziensi Rhen. securitatem inducunt.

ARGUMENTVM LIBRI SECVNDI AD VXOREM, Per Iacobum Pame lium.

SCRIPTO ad Vxorem Libri precedentis, respec tu humane infirmitatis ad secunda consilia con uerfus, hunc quoque Librum ad eam scripsit, quo, uti scilicet a matrimonio cum Gentilibus abstine at, abhorretur.

Atque imprimi id ex Apostoli precepto vrget, qui nubendi di scipulam praescribendo, non suadet, sed iubet, ut tantum in Do mino nubant.

Neque vero sibi quemquam blandiri debere de illo eiusdem A postoli: Si quis frater infidelium habet vxorem, & illa ma trimonio consentit, ne dimittat eam, & quia manifestum est, eos fideles designari, qui in matrimonio Gentili a gratia Dei inuenti fuerint.

Proinde fideles Gentiliam matrimonia subeuntes, supra reos esse, & arcendos ab omni communicatione fratemitatis.

Maxime, quum Gentili iuncta femina Domino pro disciplina satisfacere non possit, si statio scienda sit, si uicinia obseruanda, si procedendum erit. Quis enim conuicem suam nocturnis conuo cationibus aut sollempnibus Pasche abnectentem sustinebit: quis ad conuicium Domini, quod infamant, sine suspitione dimittet?

Et ut aliqui nostra suscitent, hoc esse delictum, quod Gentiles nostra no uerunt: Quomodo n. latebit (inquit) cum lectulum, cum corpusculum tuum signas, cum etiam per noctem oratum conser uis: Nec sciet maritus, quid secreto ante omnem cibum gusses? & si sciat, pacem non illum credit esse qui dicitur.

Deinde, quum moretur Dei ancilla cum Laribus alienis, de cuius manu desiderabit, de cuius poculo participabit? Quid maritus suus illi, aut illa quid marito suo cantabit? que Christi inuocatio? que somenta fidei de scripturarum interlectione? vbi diuina ben edictio?

Aliam vero esse rationem si haec eis quoque eueure possunt, quum in matrimonio Gentilis fidem adepti sunt, quia facilius tales lucrifunt, eo quod ratum sit apud Deum matrimonium.

Quid? quod etiam iure serui foras nubere interdicitur: & cen sentur seruituti vindicanda, qua cum alienis seruis post do minorum denuntiationem in consuetudine perseuerauerunt.

Felix e contratio esse matrimonium, quod Ecclesia conuicis, confirmat oblatio duorum fidelium; qui simul orant, simul ieiunia transigunt; ubi sacrificia sine scrupulo, non furtina signatio, non mut a benedictio.

Ceterum, praeterquam quod precedentis libri nominatim hic fiat mentio, & non semel imitetur Auctorem; verbus per se vident B. Hieronymus locis infra citatis, etiam hunc viderunt ms. iam olim Tritemius & Politianus. Editus vero fuit primum cum Scholij, deinde & Adnotationibus Rhenano; at nunc & denuo ca sigatus ad tria ms. Vaticana exemplaria, & Adnotationibus auctus.

JULL ERA



UNIVERSITÄTS BIBLIOTHEK PADERBORN

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTULLIANI AD VXO- REM, DE MATRIMONIO CVM Gentilibus, Liber Secundus.

Cap. I.



PROXIME ² tibi, dilectissima in Domino conferta, quid ³ feminae sanctae, matrimonio quacunque forte adempto, sectandum sit, ut potui, profectus sum. Nunc ad secunda consilia conuertamur, respectu humane infirmitatis, quarundam exemplis admonentibus, quae ⁴ diuortio, vel mariti excessu, oblata continentiae occasione, non modo abiecerunt opportunitatem tanti boni, sed ne in nubendo quidem rursus disciplinae meminisse voluerunt, vti in Domino potissimum nubere. Itaque mihi confusus est animus, ne qui te nuper ad viuiriatus & viduitatis perseverantiam hortatus sum, nunc mentione nuptiarum, ⁵ proclium tibi labendi ab altioribus faciam. Quod si integre sapis, certe scis id seruandum tibi esse, quod sit vtilius. Quod vero difficile est, & non sine necessitatibus & hoc ⁶ maximum propositum vitae supremi praesidij, nec mihi de isto quoque referendi ad te causa fuissent, nisi grauiorem meam sollicitudinem comprehendissem. Nam quanto grandis est continentia carnis, quae ⁷ viduitatem ministrat, tanto si non sustineatur, ignoscibilis videri potest. Difficilium enim facilius est venia. Quanto autem nubere in Domino ⁸ perperabile est, vti nostra praesertim, tanto culpabilis est non obseruare quod pollicis. Eo accedit, quod Apostolus de ⁹ viduis quidem & in nuptis, vt ita permancant suadet, cum dicit: *Cupio autem omnes meo exemplo perseverare.* De nubendo vero in Domino, cum dicit, *Tantum in Domino*, iam non suadet, sed ¹⁰ exerte iubet. Igitur in ista maxime specie nisi hoc sequimur, periclitamur: Quia suatum impune quid negligas, quam iustum, quod illud de consilio veniat, & voluntati proponatur: hoc autem de potestate descendat, & necessitate obligetur: illic libertas, hic contumacia delinquere videatur. [¹¹ Igitur cum quaedam istis diebus nuptias suas de Ecclesia tolleret, id est, Gentili coniungeretur: idque ab alijs retro factum recorderet, miratus aut ipsarum petulantiam, aut consiliatorum praeruaricationem, quod nulla scriptura eius facti licentiam proferrent. Nunquid, inquam, de illo capitulo sibi blandiuntur, prima ad Corinthios, vbi scriptum est: *Si ¹² quis frater infidelem habet vxorem, & illa matrimonio consentit, ne dimittat eam. Similiter mulier fidelis infideli nupta, si consentit, aneum maritum expectat, ne dimiserit eum. Sanctificatur enim infidelis vir a fidelis vxore, & infidelis vxor a fidelis marito: ceterum immundi essent filij vestri.*] Hanc monitionem fors fidelibus inuictis simpliciter intelligendam putent, etiam infidelibus nubere licere, qui ita interpretantur. Absit, vt sciens se circumscriptat. Ceterum manifestum est scripturam istam eos fideles designare, qui in matrimonio Gentili inuenti a Dei gratia fuerunt, secundum verba ipsa: *Si quis, fidelis vxorem habet infidelem, non dicit, vxorem ducit infidelem: ostendit iam in matrimonio agentem mulieris infidelis, mox gratia Dei conuersum perseverare cum vxore debere: licet propterea, ne ¹⁴ qui fidem consecutus, putaret sibi devertendum esse ab aliena iam extranea quodammodo femina. Adeo & rationem subiicit, in pace nos vocari a Domino, & posse infidelem a fidelis per vsum matrimonij lucriferi. Ipsa etiam clausula hoc ita intelligendum esse confirmat, *Vt quisque, ait, vocatur a Domino, ita perseveret:* vocantur autem Gentiles, opinor, non fideles. Quod si de fidelis ante matrimonium pronunciat esset absolute, permiserat sanctis vulgo nubere. Si vere permiserat, nunquam tam diuersam atque contrariam permissi suo pronunciationem subdidisset, di-*

disset, dicens: *Mulier defuncto viro libera est, cui vult nubat, tantum in Domino.* Hic certe nihil retractandum est: na de eo quod tractari potuisset, Apostolus cecinit: ne quod ait, *cui vult nubat*, male vteremur, adiecit, *tantum in Domino* id est, in nomine Domini, quod est indubitate Christiano. Ille igitur Apostolus sanctus, qui viduas in nuptas integritate perseverare mauiit, qui nos ad exemplum sui hortatus, nullam aliam formam reperundarum nuptiarum nisi in Domino, praescribit, huic soli conditioni continentiae detrimenta coecedit. *Tantum*, inquit, *in Domino* Adiecit pondus legi suae, *Tantum*. Quo sono & modo enunciatueris dictum istud, onerosum est: & iubet & suadet, & praecipit & hortatur, & rogat & cominatur: ¹⁶ detrahit & exerta sententia est, & ipsa sui breuitate fecunda. Sic solet. Diuina, vxor, statim obserues. Quis in alius post pericula multa, & vulnera fidei in huiusmodi nuptiis, quas phibet Apostolus, prouidisset: & primo quidem canis sanctae in carne Gentili inquinatum praecauisset? Hoc loco dicit aliquis, Quid ergo refert inter eum qui in matrimonio Gentilis a Domino allegitur, & olim, id est ante nuptias fidelem, vt non proinde carni suae caueatur? alter arceatur a nuptiis infidelis, alter in his perseverare videatur: cur si a Gentili inquinatur, non & ille diuergitur, quem admodum iste non obligatur? Respondebo si spiritus dederit, ante omnia alligas Dominum magis ratum habere matrimonium non contrahi, quod omnino diuergitur: denique diuortium prohibet, nisi stupri causa, contingente vno commendat. Habet igitur ille perseverandi necessitatem, hic porro est non nubendi potestatem. Tu si secundum scripturam qui in matrimonio Gentilis fide deprehenditur, ac propterea non inquinatur, cum ipsi alii quoque sanctificatur: sine dubio istis, qui ante nuptias sanctificati sunt, si extraneae carni commiscantur, sanctificari eam non sint depreheni. Dei autem gratia illud sanctificat, quod inuenit. Ita quod sanctificari non potuit, immundum est: quod immundum est, cum sancto non habet partem, nisi vt de suo inquinaret & occidat. [¹⁷ Hae cum ita sint, fideles Gentiliu matrimonia subeutes, ¹⁸ stupri reos esse constat, & ¹⁹ arcados ab omni communicatione fraternitatis, ex litteris Apostoli dictis, cum eiusmodi nec cibum sumendum. At nunquid ²⁰ tabulas nuptiales de illo apud tribunal Domini proferemus? Et matrimonium rite contractum allegabimus quod vetuit ipse? Non adulterium est quod prohibetur: non stuprum est extranei hominis admiliso? Minus est pluri Dei violat? minus membra Christi cum membris adulterae commisceat? Quod sciam non sumus nostri, sed pretio empti: & quali pretio? sanguine Dei. Laxdentes igitur carnem istam, eum ledimus. De proximo quid sibi voluit ille qui dixit, delictum quidem esse extraneo nubere, sed minimum, cum alias deposita carnis iniuria ad Dominum pertinentis, omne delictum voluntarium in Domino grande sit? Quanto nuptestas vitandi fuit, tanto contumaciae criminis oneratur. Recenseamus nunc cetera pericula & vulnera, vt dixi, fidei ab Apostolo prouisa, non carnis tantum, et ipsius spiritus, molestissima. Quis n. dubiter obliterari quotidie fidei commercio infidelis? Bonos corrumpunt mores, & ablationes male: quanto magis ²¹ coniunctus, & indiuiduus vltus. Quis uoluerit fidelis Domini obseruare necesse est. Et quomodo potest duobus dominis deseruire, Domino, & marito, adde Gentili? Gentilem n. obseruando Gentilia exhibebit, formam, & extructionem, multas scilicet, blanditias turpiores, ipsa etiam matrimonij secreta maculosa non vt penes sanctos officia sexus, cum honore ipsius necessitatis, tanquam sub oculis Dei modeste & moderate transiguntur. [²³ Sed viderit, qualiter viro officia

1. Cor. 7.

B

Vbi supra.

C

Cap. II.

1. Cor. 7.

D

Ibidem.

Vbi supra.

pendat.

pendat. Domino certe non potest pro disciplina satisfacere habens in latere diaboli serui, percuratorē Dominum sui ad impedienda fidelium studia & officia. Vt 24 si statio faciendā est, maritus de die cōdicat ad balneas: si ieiunia obseruanda sunt, maritus eadem die conuiuium exerceat: si procedendū erit, nūquā magis familię occupatione adueniat. Quis n. finat coniugē suā 6 viliā dōtū fratru gratia, vicatim aliena & q̄ de pauperiora quaque negotia circuire? Quis nocturnis conuocationib. si ita oportuerit, a latere suo eximī libenter feret? Quis denique 27 Solennibus Paschae abnoctantē securus sustinebit? Quis ad 28 conuiuium Dominicū illud, quod infamant, in sua suspitione dimittet? Quis in carcerem ad 29 osculanda vincula martyris reptare patietur? ita vero alicui fratrum ad osculum conuenire: aquā sanctorū pedib. offerret de cibo, de poculo inuadere, desiderare, in mente habere? Si & peregre frater adueniat, q̄ in aliena domo hospitū: Si cui largyēdū erit, horreū, q̄ in prōma, p̄clusā sunt. [31 Sed aliqui sustinent nostra, nec obstrēpant. Hoc est igitur delictum, q̄ Gentiles nostra mouerunt, q̄ sub conscientia istorum sumus: quod beneuolenti cori est, si quid operamur. Non potest dicere necesse, qui sustinet aut si calatur quia non sustinet, timeat. Cum autē scriptura vtrūq̄ mandet, 32 sine alterius conscientia, & sine nostra pressura operari Domino: nihil interest, in qua parte delinquas, aut in conscientia mariti, si sit te patiens aut in conscientia tua, dū vitatur impatiens. Nolite, inquit, margarita vestra porcis iactare, ne conculcent ea, & 33 conuersi vos quoque eueriant. Margarita vestra, sunt quotidiana conuersationis insignia. Quāto curatueris ea occultare, tanto suspectiora receris, & magis caueda Gentili curiositati. Latebis ne tu, cū 34 lectūm, cum corpusculum tuum signas, cum aliquid immundū flatu expis, cum et per noctem exurgis oratur, & 35 non Magis aliquid videberis operari? Non sciet maritus 36 quid secreto ante omnē cibū gustes: Et 37 si scierit, panem, non illum credit esse qui dicitur. Et haec ignorans quique, rationem simpliciter sustinēbit, sine gemitu, sine suspitione panis an veneni: Sustinet quidem, sed ut inculetur, ut inludat huiusmodi feminis quā u arcana in periculū quod credunt seruent, si forte laedantur, ipsi sustinent: quāto dotes, obiectio nominis, mercedem silentii faciās, scilicet apud arbitru spicularorē litigaturū. Quod plerūque nō pudentes, aut re ex cruciata, aut fide perditā recensuerunt. [38 Moratur Dei ancilla cum Larib. alienis, & inter illos omnib. honorib. demonū, omnibus solennibus regum incipiente anno, incipiente mense, nidore thuris agitatur. Et procedit de ianua laeueata & lucernata, ut de nouo consistorio libidinum publicarū. Discumbit cū marito in 39 sodalitiis, saepe in popinis. Et ministrabit nonnunquā iniquis, solita quōdam sanctis ministrare. Et non hic prauidicū dānationis suae 40 ad cognoferet: Eos obseruabit, quos erat iudicatura. De 41 cuius manu desiderabit? de cuius poculo participabit? Quid maritus suus illi, vel marito quid illa cātabit? Audiāt sane, 42 audiāt aliquid Dei cetera, de taberna, de gehenna. Quae Dei mentio: quae Christi inuocatio vbi 43 fomenta fidei de scripturarū interlectione vbi spiritus refrigerium: vbi diuina benedictio? Omnia extranea, omnia inimica, omnia damnata 44 adterende salutū, a Malo immissa. [45 Haec si es quisque; euenire possunt quae in matrimonio Gentilis fidem adeptę morantur, tamen excusantur, ut in ipsis deprehēzā a Deo, & iuuentur perseuerare, & sanctificari, & spem lucretationis accipiunt. Si ergo ratum est apud Deū matrimoniu huiusmodi, cur non prospere cedat, ut & a pressuris, & angustiis, & impedimentis, & inquinamentis nō ita laedatur, iam habens ex parte diuinā gratia patrociniū? Nam & ad aliquā virtutem caelestē documentis dignationis alicuius vocata, terrori est Gētili, quo minus libi obstrēpat, minus sciat, minus speculetur. Sensit magnalia, vidit experimenta. Scit meliorem factam; sic & ipse 46 candidatus est timoris. Ita facilius huiusmodi lucrifunt, in quos Dei gratia consuetudinē fecit. Ceterū aliud est, vltro & sponte in prohibita descēdere. Quae Domi-

no non placent, vtiq; Dominū offendunt, vtiq; Malo te inferunt. Hoc 47 signū erit vt solis, quod solis Petitorib. placet nomen Christianum. ideo inueniuntur qui tales non exhorreat, vt 48 exterminē, vt arripāt, vt a fide excludant. Habes causam, qua nō dubites, nullū huiusmodi matrimonium prospere decurrī. a Malo conciliatur, a Domino vero dāatur. [Ad 49 hoc quāratū an iure, quali reuera 50 de peccatorib. diuinarū sententiarū. Nōne 51 quiq; domini & disciplina tenacissimi seruis suis foras nubere interdicitur: scilicet ne in laiciuā excedant; officia deserant, dominica extraneis promant; Nonne insuper censuerunt 52 seruituti vindicandā; q̄ cuth alieno seruo post dominorum denunciationem in consuetudine perseuerauerunt? Seueriores habebitur extranea disciplina caelestib. praescriptis; vt Gentiles quidem extraneis iunctae, libertatem suam amittant: nostrę vero diaboli seruos libi coniungat, & in statu suo perseuerent. 53 Scilicet negabunt sibi a Domino per Apostolum eiusdem denunciatum. Quam huius amentiae causam detineam, nisi fidei imbecillitatem pronam semper in concupiscentiam secularium gaudiorum? Quod quidem plurimum in lauciorib. deprehensum est. Nam 54 quanto diues aliqua est cōmatrona nōmine inflata, tanto capax domum onerib. suis requirit, campū in quo ambitio decurrit. Sordent talibus Ecclesiae. 55 Difficile in domo Dei diues, ac si quis est, difficile cōtēls. Quid ergo faciant? Vnde nisi a diabolo mariti petant 56 bonum exhibendū sella, & 57 mulabus, & 58 cinerariis peregrinā proceritatis: Christianus ista etiam diues fortasse non praeter. Quo se, Gentilium exempla proponas tibi. Pleraq; & genere nobiles, & re beatae, pessimis de ignobilibus & mediocrib. simul, coniunguntur, aut ad luxuriam inueniunt, aut ad licentiam expertis. Nonnullae se libertis & seruis suis conferunt, omnium hominum existimatione despecta, dum modo habeat a quib. nullum impedimentum libertatis suę timeant. Christiani autē fidelē fideli te mīnori nubere piger, locupletiore futuram in viro paupere: Nam si pauperum sunt regna caelorum, quia diuitum non sunt, plus diues, in paupere inueniet maiore dote. Sit illa ex aequo in tertis, quae in caelis forsitan non erit. [59 Dubitandum, & inquirendum, & identidem deliberandum est, an ideo sit inuentis dotalib. cui Deus censum suum credidit. Vnde sufficiam ad enarrandam felicitatem eius matrimonii. 60 quod Ecclesia conciliat, & 61 confirmat oblatio. & oblatum angeli renunciant, pater raro habet. 62 Nam nec in tertis filij sine consensu patrum nre & iure nubent: Quale iugum Filiorum duorum vnus ipse, vnus voti, vnus disciplinae, eiusdem seruitutis? Ambo fratres, ambo conserui, nulla spiritus carnis discretio. Atquin vere duo in carne vna. Vbi caro vna, vnus & spiritus. Simul orant, simul voluntantur, & simul ieiunia transigunt, alterutro ducentes, alterutro hortantes. In 63 Ecclesia Dei pariter, in cohūbio Dei pariter. In angustiis, in refugijs, neuter alterum celat, neuter alterum vitat, neuter alteri gravis est. Libere aeger visitatur, indigens sustentatur. Eleemosynę sine tormento, 64 Sacrificia sine scrupulo, quotidiana diligentia sine impedimento. Non furtiua signatio, non trepida gratulatio, non muta benedictio: sonant inter duos Psalmi & Hymni, & mutuo prouocant quis melius Deo suo canet. Talia Christus videns & audiens gaudet. His pacem suam mittit. Vbi duo, ibi & ipse; vbi & ipse, ibi & Malus non est. Haec sunt quae 65 Apostoli vox illa sub benignitate intelligenda nobis, reliquit. Haec tibi suggere, si opus fuerit. His te ab extraneis quādam reseruet: & si liceret, non expedit.

Ca. VIII.

2. Cor. 6.

Matth. 18. Ca. IX.

H

Matth. 18. 1. Cor. 7.

JULL
ERA

ADNOTA.

ADNOTATIONES IACOBI PAMELII IN LIBRUM ad uxorem secundum.

1. DE MATRIMONIO CVM GENTILIBVS. Ihu dicitur aduocatum, ut notat Lector libri argumentum. Cui similem locum etiam habet B. Cyprianus lib. 1. testimon. 3. ad Quirin. cap. 6. hoc titulo: Matrimonium cum Gentilibus non iungendum; ubi et aduocatur tam locum 1. Corin. 7. quem hic vult Auctor. Tantum in Domino, tum et alias scribitur Tob. 6. Genes. 24. 1. Eldra. 10. Reg. 1. cap. 11. Eys. 1. 1. 2. Corin. 6. Quisquam lib. de Lapsis, inter crimina collocat: Ingerere cum infidelibus vinculum matrimonii; ad quem locum Patrum similem sententiam aduocauimus num. 21. infra ad huc aliquot citatur. cap. 1. 2. 3. aduersus Magdenburgeses, qui perperam inter errores Tertulliani collocare non verentur; quod dicat: Insuper eos fideles Gentilium matrimonia subeunt.

CAP. I.

2. Proxime tibi, dilectissima in Domino conserua, &c.] Caput hoc primum inscriptum: Quod tantum in Domino, id est, Christiano, nubendum precipiat Apostolus. Quem locum 1. Cor. 7. non modo ita interpretantur Tertullianus hic et infra lib. de Monogam. et B. Cyprianus, ubi supra, verum etiam B. Ambrosius et reliqui Latini in eius loci commentarijs. B. Hieronymus lib. 1. aduersus Iouinianum, hunc locum interpretatur. Vbi etiam ad legat. 2. Corin. 6. Nolite iugum ducere cum infidelibus; et prout scribitur in loca mox citata etiam locum Malachie: Polluit enim sanctum Domini, & diligit, & habuit filiam Dei alieni. Ex eo autem quod hoc capite Tertullianus permittit vidua, secundas nuptias, dummodo in Domino, id est, Christiano, nubat, colligit recte Magdenburgeses, quum hunc librum scriberet, nondum incidisse in heresim de damnata Dignitate.

3. fœmina sancta,] Hoc est (inquit Rhenanus) Christiana, ut infra cap. 2. Permixta sanctis vult nubere. Item: carnis sancta in carne Gentili inquinantur; et in lib. precedenti cap. 6. dicitur plane et arduum continentia sancta fœmina. Nam olim Christiani vocabantur sancti. Vnde sanctissimi dicitur Episcopi. Quam titulum ex antiquitate retinuit Pontifex Romanus. Similiter iterum infra cap. 3. et penes sanctos dicitur, ac cap. 6. sancti sanctis ministrare. Appellatione haud dubie desumpta ex illo. Corin. 7. Alioqui illi vestri immundi essent, nunc vero sancti sunt, iuxta interpretationem B. B. Chrysostomi. et Ambrosii in Commentarijs, quos Auctor lib. de Anima infra Tom. sequ. sanctitatis candidatos quam aptissime appellat, vbi potest quam Apostolus etiam de nondum baptizatis loquitur.

4. diuotio, vel mariti excessu.] Sane hic locus intelligendus, quippe quum suam sanctitatem explicat infra sub verbis lib. de Monogam. Tom. 1. Repudiatio non permittitur: nubere aduersus pietatem praecipitur. ubi et lib. 4. aduersus Mare. Tom. sequent. hinc dicitur latius contra eos qui errorem hunc Tertulliano impingunt, quasi ille conserua licet non repudiatis nubere potissimum in Domino.

5. proclium ubi labendi ab alioribus faciam.] Proclium (inquit Rhenanus) hoc est, proclium, id est, anam ruina praesentem.

6. & hoc maximum propositum.] Videtur esse (inquit idem) signum Graeca, hoc est, secundum maximum propositum, id est, ipsum quae posita est in matrimonio, tanquam in supremo praesidio vita commouere transigenda, quam maritus sit auctoritatis et solatij causa mulieri necessarius.

7. que viduitatem ministrat.] Similiter dicitur Apologet. cap. 2. que vos aduersus formam, &c. ministrat: ubi aliquid de hac phrasia dicitur Aduot. nostru n. 29.

8. perpetabile.] In bonam partem et proprio hic accipitur perpetabile. Nam (teste Esjo) Perpetua, qui peragit, perficit. Hinc Tertullianus in Testam. per teate praesulio impera.

9. de viduis quidem et inuuptis.] Ominino sic hoc respicit, tum quod infra c. 2. hinc ipsam licentiam dicit: Ille igitur Apostolus sanctus, qui viduas inuuptas integritati persequere manibus: tum quod non modo Tertullianus legitur. Dico autem non nuptis & viduis bonum est illis, si sic permanerint; ad et Grace, nisi dicitur; et hoc, regis, maxime quum infra h. de Cast. Tom. 5. etiam sic legitur. Aduot. enim nihil ad institutum faceret.

10. exerce tiber.] Exerce (inquit Rhenanus) id est, clare et exprose. Sic paulo post etiam c. 2. exerta sententia. Qui addit eo loci: Quia tuam impune quid negligas quam iustum, subaudiuicimus. Cuiusmodi locutiones multa congeles ab eodem habes supra lib. ad Martyras c. 2. n. 15.

CAP. II.

11. Igitur quum quaedam, &c.] Capiti huius titulum datus: Qui d. huius vellet Apostolus, ubi de viro agit infideli, & uxore fidele. Deum adeo Apostoli locum palestrinae exilat, in quo cum imitari plerique Graecorum et Latinarum Commentarij, et B. Hieronymus lib. 1. aduersus Iouinianum. Igitur, inquit, Apostolus infidelium conuersioni, qui habentes in viros, in Christum postea crediderunt; non his quum Christiana essent, nupserant Gentilibus. Atqui nuptias de Ecclesia tollere, pro eodem habet ne: Gentili coniungi,

eo quod fidei alteri, nump Geniti, dando Christiani eripere videantur.

12. Siquis frater infidelem habet uxorem, &c.] Quod hic faceret, mox ab Auctore vertitur, fidelis, de quo supra Apologet. ca. 39. At qui ibi: & illa matrimonio consentit; Paraphrasis reddidit, quod ad verbum ex Graeco vertit noster Interpret: & huc consentit habitare cum illo. cum quo magis conuenit quod mox recipere de viro subditur: si contentanem maritum experit. Qui interim illi conformiter legit: Similiter mulier fidelis, vnde apparet, olim etiam Grace lectum fuisse. et quod mox pro eo quod nunc dicitur: et quod. Accipit denique ceterum pro aliquo more Iudeo consuetorum, et nominatim Vlpiani. Si finis & postea D. De damno infidele. Paulo post accipitur ceterum proprie ab Auctore, pro: vero de quo diximus ex Zephyro supra ad Apologet. cap. 1.

13. Hanc monitionem, fors fidelibus iniunctis.] Fors, pro forte hic accipitur ab Auctore. Atqui etsi 1. edit, legat: iniunctis, magis placet vulgata confirmata ms. cod. Vat. 3. iniunctis ut accipitur pro: non iniunctis.

14. ne qui Pro: ne quis (inquit Rhenanus,) quemadmodum alibi frequentissime.]

15. Mater defuncto viro.] Etiam hoc Paraphrasis transponit defuncti, pro dicitur, quod et Grace et Latine est apud Apostolum hoc verbum: Quod id dicitur vit cuius, fuit: rarissima scriptura phrasia, vti ex Concordantijs Bibliorum manifestissimum est.

16. detracta & exerta sententia. Noui, inquit Rhenanus, huius verbi eius detracta. Sic I. de Virgin. vltima, nec detractamus, quae non & pietatem nominari. Compensum pro simplici.

CAP. III.

17. Hæc quum ita sit, fideles Gentilium matrimonia subeunt, &c.] Inscriptionem hinc capite inscribit: Quod attenditur a communicatione fraternitatis, matrimonia cum infidelibus contrahentes.

18. Insuper eos.] Perperam hoc inter errores Tertulliani recent Magdenburgeses, vti etiam supra adnotauimus num. 1. Nam haud ab similit. B. Hieron. lib. 1. aduersus Iouinianum, dicitur (inquit) plerique contemnentis Apostoli iustitiam, iunguntur Gentilibus: & templa Christi idolis prostituunt, nec intelligunt, se corpora eius esse partem, cuius et coeque sunt. Etiam B. Ambrosius alibi.

19. & attendos ab omni communicatione fraternitatis.] Ita excommunicationem Ecclesiasticam citat scribit, de qua videtur Aduot. nostras in B. Cyprian. Epist. 38. num. 10. et supra Apologet. cap. 39. Quae quia praeterit inuicta, adit uelutit Apollon. 1. Cor. 3. namque: cum euimodi nec cibum sumere. ad. tabulas nuptiales.] Syngrapha, inquit Rhenanus, intelligit. Sic Cicerus de Oratore: Nam pro tabulis, & contra tabulas, et pro restibus, uti contractus est, vel separatum decere solemus, ut de genere vniuerso. Porro Tertullianus hic vult irrationem actionum sine casuarum forensium. Sine autem paulo post legamus: ab Apollonio proutia, cum excusis, sine: praesulio, cum 3. Vat. ms. ead. proutia est.

21. coniunctus & indiuiduus vltus.] Quum sic legantur, dicitur cod. 2. et ipse Rhenanus, in Aduot. probet, magis placet, quam quod ille ra. edit. substituerat, conuictus, &c.

22. extructionem.] Sic vocat, inquit Rhenanus, exornationem, siue expolitionem, quam et expolitionem appellare solet.

CAP. IV.

23. Sed viderit qualiter viro officia pendat, &c.] Caput hoc inscriptum: Quod Deo satisfacere Gentili viro nupta non possit.

24. Vti Ratio facienda est.] Stationem plerumque praesulio ita accipit ab Auctore, supra satis ostendimus lib. de Orat. cap. 1. num. 38. et de Cor. milit. num. 11. Sic tamen eo quod illi opponitur cond. ceter ad balneas, videtur accipit, licet à Rhenano accipitur. et B. Cyprian. epist. 41. num. 10. et 42. num. 11. A militis, inquit hic Rhenanus, Romana tractum et vtriusque hoc vocabulum, ut alia multa, hest in vltis Christianorum. Fa. tebant rationem mihi, praesulio certo loco agitantur. Vnde et Rationi dicit Christiani, nunc in hac Basilica, nunc in alia conuenient, non nunquam apud Martyria, hoc est, Martyrum sepulchra, Deum sancti et atenti precalantur. Stationis vocabulum in hoc stylo non ignotum vbi Romana, ex antiquitate videtur, ipsa etiam obseruatione veteri per manus tradita ac retenta.

25. si procedendum erit.] Similiter quemadmodum adnotat et Rhenanus B. Hieronym. ad Eustochium: Martyre, nisi quæritur in cubiculo tuo, nunquam causa detur procedendi: si semper, quando necesse est, procedenda sit. Porro Procedendum ceremoniam antiquam esse vel ex hoc loco colligere potest, certe non esse inuicta, si cum aduentione animi et puritate precum peragantur. Quibus ad de quod huius idem Rhenanus in argumento, quod procedentes Ecclesiastica referunt Iudicum populum obuiam Christi factum, et Apostolus exentes in mundum vniuersum, cum Christiani in calce ascendit. Hæc paulo post contra Magdenburgeses, qui Procedendum vnum ad Montani ceremoniam referunt; quod quam non recte, vel inde colligere est, quod faceret alibi, librum hunc ante hactenus à Tertulliano conscriptum, vti supra adnotauimus numero 2.



26. visitandorum fratrum gratia, &c.] Similiter dicitur supra lib. de Cultu femini. cap. 11. Autimbecillus aliquis ex fratribus visitandus. Atque ex utroque loco hac colligitur Christianorum veterum officia Rhenan in lib. de Coron. milit. & hic in argumento. Stationes, ieiunium, processiones, visitationem fratrum, hoc est, Christianorum agrorum, conuocacionem nonnunquam nocturnam, sollemnium Pasche, Dominicum conuiuium, consolationem fratrum in vicibus detentorum, excolutionem fratrum, aduocacionem pedum, peregrinorum suscepcionem, conuocacionem Eucharisticam, signorum crucis, precationem nocturnam, Eucharistia pinam ante omnem cibum degustacionem fieram Christianorum cantillationem.

27. sollempnibus Pasche.] De his vide infra lib. de Coron. mil. cap. 7. De perugilio vero Pasche adnotat hinc locum B. Hieron. in argumento Rhenan. Unde ror, inquit, & Traditionem Apostolicam peruenisse, ut in die Vigilium Pasche ante noctem dimidiam populus dimittere non licet, expectantes aduentum Christi (quem Indulgentiam merita nocte venturum in similitudinem Egypti temporis) & postquam illud tempus transierit, securitate presumpta, solum canitibus agnoscitur diem. Habet id ille Comment. in Mattheum, nisi illud ad illud cap. 24. Nescitis, qua hora dominus uenerit uenturus sit. Quod haussit uideret ex Lactant. lib. 7. cap. 13. ubi inter cetera: Et hac est nox, inquit, qua à nobis propter aduentum Regis ac Dei nostri uigilio celebratur. Quae ista uerba pauca immutatis iterum transcripsit B. Hieron. Et, in eod. lib. 6. c. 16. Ein de diei sollempnis uigilium Pasche meminit Euseb. hist. Eccles. lib. 6. cap. 25. ac 24. à quo uocatur, & uigilia de nocte. Quod uigilium Gregor. Nazianz. sermone de Pascha, & Orat. funebri in patrem, scribit de nocte diem festum Pasche precedente, luminibus & flammas coruscantem. Item B. Gregor. Nyss. Orat. de Pascha, & Auontus.

Admet propter uigilium conuenientes, Nox lucem refert uigiliis antefecerandam, &c.

28. conuiuium Dominicum illud quod infamant.] De conuiuium Dominicum, seu Missi Christianorum, uide supra Adnotat. nostras lib. de Orat. num. 1. De calumniam uero quibus illud Genes infamabant, teris capitibus sexto & septimo Apologetici.

29. ad osculanda uincula martyris reptare.] Quod martyri dicebatur, Auctor etiam qui carcere adhuc includebatur, paratos ad martyrium, supra ostendimus lib. ad Martyras. num. 1. Atque adnotanda hoc non uenia Ecclesia ceremoniam, tum de osculandis uinculis martyrum, tum de reptatione ad eadem, ut nemo similes hodie ceremonias conueniat, quae sunt ad reliquias martyrum. Quas etiam antiquissimas esse ostendunt, qui etiam mentionem faciunt, Patris nobis citati Adnotat. nostras in epistol. 37. B. Cypriani, num. 4. Quibus adde Theodor. de curat. Graec. affect. lib. 8. li. C. yrl. lib. 6. & 10. contra Iulianum, B. Augustin. epistol. 43. contra Max. Madaurensem, ac lib. 20. contra Faustum, cap. 4. & 21. Eodem pertinet Epistola Reliquis Sanctorum attributa, quibus appellatur Sancta B. B. Hieronymo & Ambrosio, suscipiens eum omni honore & amplectenda, à Basilio Ancyrano Syn. 7. Act. 1. Honorandè à B. Hieronymo aduers. Vigil. uenerandè à Rufino, Eccles. Hist. lib. 2. cap. 28. Quas qui uenerat, uenerantur, propinquas sanctorum dicuntur à Gregor. Nyss. Orat. in S. Theodor. quas attingere eiusmodi donum, ut supra uisus nihil magis optari possit, eodem teste ibidem, quaque immo cum summo gaudio circumstanti, benedicti cupientes, ac secum referre auctores corporis remanent, & perinde ac uicia essent, amplectuntur, & ore deosculantur, scilicet idem ibidem. Cur enim non habuerint inquit Ambros. fr. 33. fileles, quas uenerantur domos? Quis ergo uobis dicit inquit Chrysost. homil. 32. in epistol. ad Roman.] Circumfundi corpori Pauli, &c. Eadem enim possunt inquit Gregorius Nazianzenus orat. contra Iulianum, & ita sine uenerata, quae anima eorum sancta. Quas qui contingit à Basilio refert in [al. 115.] quandam sanctificationis societatem assumunt.

30. proma, praecula sunt.] Intelligit inquit Rhenan.] cellas promas sine promptuaria, in quibus exculenta reponuntur, & unde cum opus est, per promum contum depromuntur. Lib. de Refur. carnis, apud Euseb. cap. 26. legit: Populus meus introite in cellas promas pro quo nos in ueteri Bibliorum uersione habemus: uade populus meus, in cubacula tua. Eumque locum exponens: Sepulchra inquit erunt cellae promae, & addit: Cur cellarum promatum potius uocabulo usus est, & non alicuius loci receptorii, nisi quia in cellis promis caro salita & uisui reposita seruatur, deponenda illinc suo tempore: Hac illic. Uides igitur, quid hic intelligat per proma.

C A P. V.

31. Sed aliqui sustinent nostra, nec obstruunt, &c.] In scripturam hinc capiti dedimus: Quod Gentiles non expediat nostra nosse.

32. & sine alterius conscientia & sine nostra pressura operari Domino] Prioribus uerbis uideat adulare ad illud Matth. 6. Attendite ne iustitiam uestram faciat coram hominibus Posterioribus uero ad illud, 1. Cor. 9. Non exultitia aurescatis.

33. & conuicti uos quoque euerant.] Ad uerbum transfudit, quod Graecis: & regerunt: & uos igitur pro eo quod noster interpretatur paraphrasitici addita uoce canes & canes conuicti dirumpunt uos, sicutem uoxa posteriores editiones nam in antiquioribus non ha-

beatur. Certe nec B. Cyprianus legit, his eandem scripturam citans, lib. aduers. Demetr. & lib. 3. Testimon ad Quirin. cap. 50. hoc titulo: Sacramentum fides non esse prophananum. Qui etiam modo legit: uerfore conuolent pedibus suis, modo inculcent, Auctorem hoc loco imitatus. Nam inculcare eodem significat accipi adnotamus eum dem Cyprian. lib. ad Demetr. num. 3. & similiter supra lib. de Patientia dixit Auctor: tentationes inculcat. c. 15.

34. quum lectulum, quum corpusculum tuum signas.] De more hoc crucifigandi antiquae etiam Christiani uisitato, uide infra Adnotat. nostras in cap. 3. li. de Coron. milit. Ergo inquit Rhenanus] quod loco citato dixit: cubilia, hic lectulum uocat. Simile est etiam illud Auctoris infra sub finem: non futuria signatio.

35. & non Magia aliquid uideberis operari.] Hoc addit ob id quod praemittitur: etiam per noctem exurgis, quippe quod uisatum sit & Magis, & maxime Maleficis mulieribus, de quibus latius infra Tom. sequ. l. de Anima.

36. quid lectero ante omnem cibum gustes.] Quamquam recte adlegat tamquam similem locum Rhenanus ex lib. de Coron. milit. in hoc tamen fallitur, quod pro eodem habeat: ante omnem cibum, & quod ibi dicitur: tempore uictus: quippe quum hoc potius significet praesens seu cana tempus, uerum correspondet potius illud quod ibidem subiicitur: antelucanis cubibus. Atque de more hoc Eucharistiam domum portandam, & secreto gustandam, uide Adnot. nostras supra l. de Orat. num. 1.

37. Esstuerit, panem, non illum credit esse qui dicitur.] Facit etiam hic locus ad confirmationem ueritatis corporis Domini in Eucharistia, de qua supra dicto l. de Orat. c. 6. nu. 23. & infra l. 4. adu. Marc.] quia hinc patet non esse panem communem, sed iuxta quod est Matth. 6. super cubiliantalem.

C A P. VI.

38. Morantur Dei ancilla cum Laribus alienis, &c.] Titulum hinc capiti damus: Quod non possit non Gentilium sollemnium obferuare Gentili uito iuncta. Atque de Laribus uide Adnotat. nostras Apolog. num. 138. cap. 13. De sollempnibus Regum sine Caesarum (nam etiam Regum zomen Caesaribus tribuit alicubi, si Rhenano credendum, B. Hieronymus) ibidem num. 461. ac de ianuis laureatis & lucretiatis, num. 464. De quibus etiam tractat Auctor lib. de Idolol. cap. 15.

39. in sodalibus.] Collegia inquit Rhenan.] Gentilium inuit. Eadem mensa sodales utuntur, unde & Graeci uocantur dicta sodalitates. Caro apud Cicero lib. de Senect. Sodales autem, inquit, me Quae fore constituta sunt sacris liliis Magna mater accepit. Epulabatur igitur cum sodalibus. Porro Licinia lex olim aduersum sodalitates lata est ad uitandam popularium suffragiorum corruptelam.

40. ad cognoscet.] Hoc uerbo, inquit uidem, etiam in auct. libris uisus est Auctor.

41. De cuius manu desiderabit?] Facit ad huius intellectum quod habet infra cap. 3. de Coron. milit. Sacramentum Eucharistiae non nisi de manu Praesidentium sumimus: ubi ea de re plura.

42. audiat aliquid Dei coena, &c.] De more hoc cantandi praesertim in Ecclesia, & tempore coena: Dei seu sacrificij non est perperam Rhenan. coena Christiani hominis: nam inuicatur illud infra sub finem, dum dicit] sacrificia hinc cubiculo, uide supra Tom. 1. Adnotat. nostras ad illud Apolog. cap. 39. num. 120. Prolocatur in medium Deo canere. Quid autem caneretur, indicat infra sub finem: sonant, inquit, inter duos Psalmi & hymni, & multum pro uocant, quos uelut Deo suo canent.

43. uisumenta fidei de scripturarum interlectione? ubi spiritus refrigerant? ubi diuina benedictio?] Non pertinet istud dumtaxat (ut adnotat Rhenan. ad Psalmos & Hymnos, pau ex eum de Apolog. uerbis istis: eodem enim multo ante: Comus ad scripturarum diuinarum commemorationem, &c. tum & ex illis infra Tom. sequent. l. de Anima: iam uero prout scripturae leguntur, aut Psalmi canuntur, aut adlocutiones profertur, aut petitiones delegantur. Pertinet enim illa omnia ad diuersas Missae partes, prout etiam adnotauimus lib. de Oration. num. 1. Atque adeo: diuina benedictio referri debet potius ad consecrationem Eucharistiae, quam ad benedictionem Dei, quae fit per Psalmos & Hymnos.

44. atterenda saluti.] Sic ex m. 3. & partim edit. quae habebat: atterenda, pro eo quod subsistit Rhenanus: atterenda.

C A P. VII.

45. Haec si eis quoque euenire possint, quae in matrimonio Gentilis fidem adceptae morantur, &c.] Hinc capiti inscriptionem dedimus: Quod alia sit ratio eorum, quae cum Gentili matrimonio ante baptismum iuncta sunt. Nam plurali numero hac lego cum Latino, eo quod sequitur: exculantur, iubetur, sanctificantur, accipiunt. Sine autem legas cum] dicit uidi expedimenta, sine cum ex eius alijs, & m. experimenta, prout est.

46. candidatus est timoris, &c.] Hoc est, inquit Rhenanus, paulatim imbutus & appetere dicit timorem Domini, qui initium est sapientiae, iuxta Psalmographum. Est autem elegantissime dictum: candidatus timoris, translatione sumpta ab uentibus olim Romae magisterium, inditio candida uis. Atque hoc est causis, cur Apollonius nolit deseri matrum Gentilem. Est cohabitacione enim & ipse paulatim fiet Christianus.

TULL
ERA

A 47. Hoc signi erit vt solis, &c.] Hoc est. inquit Rhenanus, hinc re peculiariter iure insignes & notabiles. Agit autem de proci matrona. um Christianarum, quos ipse Peticoes vocat. Quia ipse interitum mibi non satisfaci, necum cogit Lector Antiquarius, quomodo locus, quem corruptum patet, possessio restituitur: nam ex m. 3. mederi non licuit. Foras si accipit illud. vt solis, ac si dicitur sole clarus. Verum si omnia ut illud. vt solis, constabit sensus.

48. vt extirpant.] Extirpant, inquit Rhenanus, proprie est extra terminos & sine territorio sine possessione aliquem eicere & propellere. Sic lib. de Palanda virgin. dixit. mulierem ream esse angelatum extirpatorum, et eos illos sententia de iudibus coelestibus ob amorem & libidinem mulierum. Hieronym. ad Eusebium: Expropheta igitur & extirpantibus his qua noluit esse virginis, sed videri. Vbi extirpantibus plus est quam expropheta. Extirpant est, quod Germani sua lingua vocant: *vebamen* id est, extra bonum eicere quam vocem Augustinus Abbas Franciarum legum interpret, quas de Germanico sermone in Latinum vertit: Forbannire reddidit. Vnde Forbanniti in legibus Longobardorum & Alemannorum & reliquarum gentium nominis Germanici. Tum sensus erit, vt extirpant, hoc est, vt de possessione fidei Christiana deiciant. Qui etiam recte adnotat: decurri verbum esse Terulliani. Nam iterum cap. sequ. dixit: in quo ambitio decurrit.

CAP. VIII.

B 49. Ad hoc quæramus an iure, quasi reuera, &c.] Caput hoc inscribitur: Quod etiam de iure civile modis matrimoniis rata non sint ac si sit: 53. sententia diuina & iustitiam, quam am, an vel de iure licent uti fermodi matrimonii.

50. De peccatoribus.] Hoc est inquit Rhen.] contemptores. Sic enim vsurpat. de peccatore, vt paulo post omnium hominum existimatio de peccandis.

51. Nonnequeque domini, &c.] Quom hoc peculiariter iure interdictum non reperitur, videtur pertinere ad SC. Claudianum, de quo mox.

52. feruntur vindicandas, que cum alieno seruo, &c.] Plane si castigandus hic locus, pro vindicandos, qui, ex coniectura, & Franciscus Baldolini, ius ad me missi litteris, & Latinij, eo quod Senatusecussulem Claudianum, ad quod alludit, sciamus id non nisi de mulieribus conuulsi. Conuincitur eadem castigatio necessario etiam ex verbis sequentibus, vt Gentiles quidem extraneis iuncte, libertatem suam amittant. Antiquarum fuit SC. illud ad Iustiniano Imperatore Cod. l. 7. tit. de Senatusconsulto Claudiano tollendo, cap. 24. & Infrat. De successu liberi sublat. que sub per SC. Claudianum §. fin. Vbi interim indicat, non modo dominorum denunciationem, sed & iudicium sententiam pro requisitis fuisse, antequam ferretur vindicatio omni dominorum meminit. Fragm. tit. 11. Sic enim habet: Maximal inquit spiritus diminutio est, pro quam & ciuitas & libertas amittitur, vixit quoniam mulier alieno seruo se iunxit denunciant domino, & ancilla facta fuerit ex Senatusconsulto Claudiano. Disputatur autem inter doctores, de quo SC. Claudianum dicitur, an ad Claudii Imperatore, an vero à Pallante Claudij liberto, nomine patroni, Claudio appellato, quem eius relationis. Auctorem fuisse Tacitus scribit lib. 11. Vt sit, videtur primum in vsu fuisse tempore Vespasiani, de quo scribit Suetonius cap. 11. Libido atque luxuria nullo coarcente inualuerat. Auctor itaque Senatus fuit, vt que alieno seruo iunxisset, ancilla haberetur. Sed de his satis, que accepta me debere fatore eruditissimo I. C. D. Adriano Passio, primo apud Duronenses Iura Ciuius Antecessori.

53. Scilicet negabant sibi à Domino per Apostolum eundem denuntiarum.] Ironiam esse recte adnotauit Rhenanus. Nam haud dubie alludit ad illud supradictum ex B. Hieronym. 2. Corin. 6. Nolite in iugum ducere cum infidelibus. Que enim participatio iusticie cum iniquitate, aut que societas luci ad tenebras? Que autem conuentio Christi ad Belial? (quo pertinet illud quod paulo ante dixit) nonne vero diaboli seruos sibi coniungant) aut que pars fidei cum infidelibus?

54. Nam quanto diues est aliqua commatona.] Sic iterum lego ex i. edit. cum 3. m. V. tit. cad. pro eo quod substituerat Rhenanus, & matrona, vt sit vox Terullianus peculiaris, fortassis eodem significatu quo à Plauto in Casina vocatur; Commatrus, qui vicem mariti supplet. loquitur enim de ea qua non dum matrona erat, id est, non dum matrimonio data, sed qua se pro matrona gerebat.

55. Difficile in domo Dei diues, ac si quis est, difficile coelebs.] Adhuc ad c. 19. Matthai, vbi non modo dicitur; Diues difficile intrabit in regnum celorum; sed prater ea etiam de celibatu: Non omnes capiunt verbum hoc.

56. bonum exhibenda felix.] Id est inquit Rhenanus, idoneum ad exhibendam fellam, in qua vel à bonulo gesserit, vel iumentis ducendis vehatur. Vbi nota De legato tertio: Lectarij qui solum matrem familiam portabant, conuincuntur legatos rerum vicere causa paratarum itum iumentis, vellistica, vel sella, vel burdones. Plura autem vide supra de cellis, vel lactici, lib. preced. cap. 4. ad illud; nec Germanicos baulos. num. 29.

57. & mulabus.] Repete inquit idem bonum, id est, aptum & sufficientem exhibendis mulabus. Vehantur autem ad vehicula mulabus profici. Seneca epistol. 88. Vehiculum in quo positus sum, rusticus est. mulas se vivere ambulando reficiant. Eade epistol. panlopost. de sumptuoso homine loquens: Quid inquit) ad rem pertinent mulas ja-

ginata, vniu omnes color: quid ista vehicula calata? Lampadius in Commodo Antonino: Dedit & vehicula, cum nullibus, & mulionibus, & iunctoribus argenteis, vt ita à conuicio redirent. Atqui hinc confirmatur mea lectio, quam amplexus sum loco libri praedicti citato, vt legam: Gallicos mulos, pro eo quod alij Gallicos vultus.

58. & cinerariis.] Aeron inquit Rhenanus.] Grammaticus exponens illud Horatianum primo Sermonum, supra secunda. --Mulle tibi tum officent res. Custodes, lectica, cinisones, paratite? Cinisones, inquit, & cinerarii eadem significatione apud Petros habebantur, ab officio Calamistrorum, id est, verum in cinere calefaciendorum, quibus matrona capillos crispabant. Cuius rei & Virgilius meminit dicens; Vibrato calido ferro. Dicit autem Cinisifer, ab eo quod in cinere flant ad ferum calefaciendum, quo Cinerarios appellant. Hic ille. Ceterum quia hic additur, pergerint proceritatis, intelligo quos supra dixit: baulos Germanos. Eorum enim Germani fuit capillum in cirros torquere. Hinc lib. de Velan. v. infra ca. 10. nu. 81. aut cirros Germanorum.

C A P. IX.

59. Dubitandum & inquirendum, &c.] Postremum hoc caput hoc titulo inscribitur: De matrimonio Christiano. Atqui inuestigat, vox Terullianus vsitata, & li. de Pallio, & alibi frequenter. Translatione inquit Rhenanus,] sumpta ab impubere, qui proprie inuclis dicitur.

60. quod Ecclesia conciliat, &c.] Deum inquit contra matrimonia clandestina; unde iuxta quod optabat Rhenanus, dicens: vixit hac aurem litteris scribenda, & interpretari illud: quod patre rato habet, de patre caelesti. recte Concilio Tridentino damnata sunt Sess. 42. R. form. matrim. ca. primo, bis verbis: Qui aliter, quam presente Parocho, vel alio sacerdote de ipsius Parochia seu Ordinis iurisdictione, & duobus, vel tribus testibus, matrimonium contrahere adtentabunt: eos sancta Synodus ad sic contrahendum omnino inhabiles reddit. & huiusmodi contractus irritos, & nullos esse decernit. Preter eos presentis Decreto irritos facit & annullat. Atqui etiam hoc Terullianicum esse, rati habere, adnotauit Rhenanus.

61. & conuincat oblatio.] Praterquam quod hoc ad sacrificij Christiani probationem pertinet, etiam hinc manifesta est antiqua Christianorum conuictio, qua sacrificio confirmabantur nuptiae. Hinc etiam Euaristius Papa epistol. ad Epistol. Africe, ad quam nihil videtur addideri (quod adeo facit ad eius epistola authenticitatem), A. luter, inquit, legitimum non sit coniugium, nisi ab his qui supra iam feminam dominationem habere videntur, & à quibus copulatur uxor paratur. & à parentibus & à propinquioribus sponsata, & legibus dotetur, & suo tempore facta decedat, vt mos est, cum precibus & oblationibus à sacerdote benedicatur, &c. Quod iam transscriptum in suum Decretum Gratianus 50. qu. 5. cap. Alter. Vbi etiam de benedictione sacerdotali Concil. Carthag. 4. cap. Sponus. Quin quod Traditionis eam esse Apostolica significat bis verbis consequentibus Euaristius: Alter enim, vt à Patribus accepimus: & à sanctis Apostolis, eorumque successoribus traditum inuenimus, non sit matrimonium.

62. Nam nec in tectis, filii sine consensu patrum ritæ ritæ iure iubent. Leges huc pertinentes reperire est Digest. lib. 2. tit. 2. Ritæ nuptiarum, ca. Nuptia, Sinopis, Si ita pater, Oratione, Nuptia & filius familiaris. Quorum saltem 11. & 18. Iuliani, & Papiniani 33. iura Terullianus antiquiores, & l. Oratione, Diui Marci meminit, qui etiam auctorem prae se fert. Quis antiquiorum fuisse hanc legem Senato & Antonino Imperatoribus, sub quibus vixit Terullianus, patet ex lib. de, Qui liberis. Cod. li. tit. 4. De nuptia, li. 1. Quippe quæ gestis priores inter pretanda decreuerunt requirendum arbitrium Præfidi provincie, si liberis in potestate habentes, iniuria prohiberent uxorem ducere, aut nupte, vel dotem dare noluerint, aut designat inter tutorem, matrem, & propinquos, de eligendo matrimonio non conuenit. Quas interim omnes intelligi de filijs familiaribus nondum emancipatis conuincitur. l. Filius emancipatus. de Digestorum titulo.

63. In Ecclesia Dei patiet.] Hoc pertinet ad confirmationem eius, quod etiam tum Christiani Ecclesie habuerint, de quo supra lib. Idolol. ca. 7. nu. 29.

64. Sacrificia sine scrupulo.] Hoc similiter ad confirmandum Christianum sacrificium, de quo supra lib. de Orat. nu. 1. & de Cuius femin. ca. 11. nu. 65.

65. Apostoli vox illa sub benignitate intelligenda.] Quom videlicet inquit Rhenanus, indulgenter loquens mulier (inquit) defuncto viro libera est, eui vult nubat, tantum in Domino. Ceterum vel ex hoc etiam loco patet Librum hunc scriptum ante errorem Montanistarum de Montaniam.



ARGUMENTVM LIBRI DE CORONA MILITIS, PER Iacobum Pamelium.

VVM (Romae quantum ex libri calce apparet) facta est liberalitas. Donatiui dispensatione Militibus facta. praestantissimorum Imp. Caesarum L. Septimij Severi patris, & M. Aurelij Antonini Car. alle filij, fortassis ob sollemnia Caesarum votis decemalibus Miles Christianus Tribunum accedens, qui Donatiuum singulis ex ordine erogabat, Lauream caestrensem manu gestabat, quam ceteri in capite. Causam exposulatus, qui Christianum se respondisset, non licere sibi coronatum incidere, iussu sanguine in carcerem rapitur. De quo quum varie essent sententiae, quasi qui solus videretur inter tot fratres commissio- nes Christianus, Tertullianus coronam capite Christiano prohibitu- tum, hoc libro latissime deducit. Atque imprimis obseruationem eam esse satis auctoritatem co- sensu patrocino, in quam committere delictum sit, quam laude- riu fides, que ante credit obseruandum esse quam didicit. Traditiones enim etiam non scriptas debere recipi, exemplo esse obseruationes sine vilius scriptura instrumento, in Baptis- ma, Eucharistia Sacramento, Oblationibus pro defunctis, pro natalitijs, de non ieiunando die Dominico, de Crucis signaculo in fronte. Harum & aliarum eiusmodi disciplinarum traditio (inquit) auctoritas, consuetudo confirmatrix, fides obseruatrix, quibus & ratio patrociniatur. Atque adeo his exemplis renouari, posse etiam non scriptam traditionem defendi, confirmatam consuetudine, idonea teste ex profuer, mita obseruationis, que etiam in ciuilibus rebus pro lege suscipitur. Deinde hanc Christianam obseruationem etiam natura defendi. Naturalem autem legem, Dei esse in naturalibus tabulis scri- ptam. Et vero ex origine ipsa, Coronatum vsum interdictum, quum Claudius Sacer. minus libro de Coronis, ab his significet ortas, quos scilicet Deos creditur. Neque ob stare quod multa alia ab his prolata, in nostris tamen vbius, & in Dei rebus deprehendantur, quia meras illa vtilitatis necessarii necessitatibus vite humane procedunt, at que hunc ordi- nem excesserint, non conuenire vbius nostris. Quis denique (inquit) Patriarche, Prophetae, Levites, Sacer- dos, & vbius iudex, vel postea Apostolus, Euangelizator, aut E-

piscopus inuenitur coronatus; neque ipsum Dei templum, nec ar- ca, nec tabernaculum, nec altare, nec candelabrum. Quae omnia portendebant homines Dei coronari non debere; nisi forte sicuti Christus coronatus est. Proinde quum mortuorum sit coronari & Idolorum, apud quae ipsa fides, hostia, ara, & sacerdotes coronantur; Christianis non licere. Iam vt ad causas coronarum veniatur, militiam imprimis in castris amulis Christi non conuenire Christianis. Deinde vt liceat certe causam coronarum contra eos facere, seu Lauream ista coronentur, seu Myrto, seu Olea, id est, in Do- natui dispensatione, sive in triumpho, sive in sollemnibus Cas- rum, Caestrensius vel Municipis coronis coronentur inlites. Eiusdem esse generis coronas Laureas publicorum ordinum, Atrreas Magistratum sine Herufcas, aut Prouinciales; item eas quibus publici equi coronantur, aut vulgus in Principibus & Mu- nicipibus sollemnitatibus, aut sponsa in nuptiis, aut serui ma- numis; denique & Agonisticas, & quibus coronantur Lupana- ria, pristina, carcer, Ludus, Amphitheatra, spoliaria, ipsaque Li- bittina. Nullo itaque modo capiti inferendas Idololatria manus, ma- xime quam Christus sertum ex spinis pro vtraque sexu subierit. Quin potius coronam vite expectet, ad quam ille inuitat, quae Apostolus repositam sibi merito confidit, ac victoria quam accepit in visione angelus, vt vinceret, qua sedent Protopytheri coro- nati, & ipse Filius hominis supra nubem mitat. Ceterum Tertulliani esse hunc Librum, vel ex eo manifestum est, quod Librum citet de Spectaculis Graeco quoque stylo a se con- scriptum, cuius alibi frequenter meminit. Deinde multa viderem pene verba repetat, quibus supra in Apologetico, & Libris de Ido- latria, ac de Velandis virginibus. Imitantur etiam eundem BB. Hieron. & Basilus locis infra citatis, & ex c. 4. locum integrum transcripsit B. Isidorus Etym. l. 5. c. 3. Viderunt proinde etiam Ma- nuscriptos Trithemius & Politianus. Primus autem edidit Rhe- man non semel castigatum ex Paternia. Hirfangu. & Gorzien. co- dicitus; & initio Scholasticis, deinde & Adnotatiuibus, quibus Tra- diti ones Ecclesiasticas non scriptas mirae confirmat, illustrat. Nos easdem (paucis immutatis, in quibus hallucinabatur) partim hic retinuimus, partim supra, que nemp ad Missae sacrificium perti- nent, Libro de Oratione, partim infra, que Baptismi Sacramen- tum concernunt, libro de Baptismo, nostris Adnotatiuibus in se- rumus; & iam post eum ex tribus mis. V. at. codicibus denuo ca- stigauimus, & ex Plinio integram Coronarum materiam ita de- duximus, vt post hac alio Comentario eius argumenti non sit opus.

E
X
XI
XII
XIII
F
XIV
XV
G

JULL
ERA

Q. SEPTIMI FLORENTIS TERTVLLIANI DE CORONA MILITIS LIBER.

Cap. I. **R**OXIME facta est liberalitas & praestantissimorum Imperatorum. 4 Expungebantur in castris milites laureati. Adhibetur quid illic magis Dei miles, ceteris constantior fratrib. qui le duobus dominis seruire non posse praesumpserat, solus libe- lo capite, coronamento in manu ocioso. 5 Vulgata iam & ita disciplina Christianorum relucebat. Deniq; sin- guli designare, eludere eminus, infundere cominus in nostrum. 6 Tribuno deferunt, & persona iam ex ordine accellerat. Statim Tribunus, Cur, inquit, tam diuersus habitu? Negauit illum ceteris sibi licere. Causas ex- postulatus, Christianus sum, respondit. 7 O militem in Deo gloriosum! 8 Suffragia exinde, & res 9 apud Acta, & reus apud Praefectos. Ibidem 10 grauius penulas posuit. 11 reuelari auspicatus. 12 speculatoriam morosissimam pedibus abfoluit, tertiae sanctae insisteret in cipiens gladium nec dominicae defensionem necessarium reddi- dit: aurea & de manu clauit. Et nunc rullatus sanguine suo, 13 speculatus, de Euangelii paratuta succinctus a- cutiore verbo Dei, torus de Apollito armatus, & de 14

martyrii candida laurea melius coronatus, donatiuum Christi in carere expectat. Exinde sententia super illo, nescio an Christianorum, non enim alia Ethnicorum, vt de abrupto, & praecipiti, & mori cupido, qui de habi- tu interrogatus nomini negotium fecerit, solus scilicet fortis. 15 inter tot fratres comilitones solus Christianus. Plane superet 16 vt etiam martyria recusare mediten- tur, qui prophetas eiusdem spiritus sancti respuerunt. 17 Multitant denique tam bonam & longam sibi pacem periclitari. Nec dubito quasdam scripturas emigrare, sarcinas expedire, fugae accingi de ciuitate in ciuitatem; Nullam enim aliam Euangelii memoriam curant. No- ui & Pastores eorum in pace le ones, in praelio certios, Sed de 19 quaestionibus confessionum alibi docebi- mus. At nunc quatenus illud opponunt? Vbi autem prohibemur coronari? Hanc magis localem substanti- am causae praesentis aggrediar, vt & qui ex sollicitudine ignorantiae quaerunt, instuantur; & qui in defensione delicti contendunt, reuincantur (20 ipsius vel maxime exemplo) Christiani laureati, quibus in solatium qua- stio est, quasi aut nullum aut incertum saltem haberi possent delictum, quod patiarum quaestionem. Nec nul-

H
lum